A. Petreius
Emblemata
12

1582

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1312 8° copy 2



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1312 8° copy 2

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1312 8° copy 2



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1312 8° copy 2



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1312 8° copy 2



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1312 8° copy 2

53,-57,-8°

DA
Box

LN 1312
ex. 2

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1312 8° copy 2

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1312 8° copy 2

BENT ANDREES

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1312 8° copy 2

Quo preſto ſunt, in hisce vitam necdito.
Athena: L: X.
Rip: R: 2. Mart: LXXII.

STX

Una dies media eſt, et fiunt ſacra Minervæ,
Nomina quæ, junctis quinq; diebus, habent.
Ov:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1312 8° copy 2

Quo plus sunt poto, plus sitiuntur aquo.
Rip: D: III. Matt: cIↃIↃCCLXXII.

Quem dii oderunt, fecerunt podagogum.
Rip: D: 4. Matt: 72.

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1312 8° copy 2

EMBLEMATA

DVODECIM.

Quibus nonnulli huius ſæculi noſtri mores peſsimi, & vitæ deprauatæ ſecuritas notantur.

AVTHORE *ANDREA PETREIO*, docente Eccleſiam Chriſti, quæ eſt in Brengſtrup & Sigerſted.



SI nunc in uiuis exiſteret Heraclitus,
Ah quàm ſtultitiam madidis defleret ocellis.
An quantum is fleret, tantum Democrite riſu
Ceſſares unquam buccas diducere longo.

HAFNIAE

Impreſsit Andreas Gutteruitz. Anno 1582.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1312 8° copy 2

Reuerendo in Domino Patri, D. Doct: PAVLO MATTHIÆ, diœceſis Sialandicæ Superintendenti digniß: ſalutem & gratiam.

AVthores fuiſſe nobis Poëtas arbitror, non ſine alicuius boni ſpiritus afflatu, ætatum mundi quatuor, aureæ, argenteæ, æreæ & ferreæ. His nunc addere luteam non immeritò poſſumus, id quod hodie multi pij ſecum conqueruntur & deplorant. Quamobrem dices? Quoniam, inquam, tanta uitiorum colluuie hæc noſtra tempora ſcatent, ut pia mens à cogitando, ne dum ſcribendo abhorreat. Ego itaq; minimè de ingenioli huius mei oſtentatione, ſed potius cultura ſollicitus, non ſine gemitibus, has Muſarum paruas, eaſq; agreſtes copias, aduerſus tam denſa huius temporis malorum agmina emiſi, plurima de adiutorio filij Dei Ieſu Chriſti (qui hæc mala deprauati huius ſæculi prædixit Matth: 24. Marc: 13. Luc: 21.) concepta ſpe, quòd is me iuxta dulciſsimam promiſsionem (Ero uobiſcum uſq; ad conſummationem ſæculi) ſuo ſancto ſpiritu, infirmum confirmaturus & adiuturus ſit. Tibi autem reuerende D. D. hæc dedicare uolui, tùm quòd ſciam te pietatis, æqui, recti, humilitatis & aliarum uirtutum amantiſsimum eſſe, & ſummè deteſtari mores improbos, tùm quòd optimè de me ſis meritus, & uerè patris locum ſuſtinueris. Aequa igitur, ut ſoles, mente hæc parua quæ nunc humiliter offero ſuſcipias, atq; amare, fouere & tueri digneris ſupplex oro. Aeternus pater Domini noſtri Ieſu Chriſti tibi ſemper adſit & omnibus tuis. Vale. Ex Brengſtrup die S. Iacobi Apoſtoli, Anno ſalutis 1 5 8 1.

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1312 8° copy 2



ARgutis multum fœlix fuit Argus ocellis,
Quare IO cuſtos dicitur eſſe datus.
Seruet is hanc quamuis centum donatus acutis
Luminibus, docta fallitur arte tamen.
Illum Atlantiades mulcet ſermone, ſoporem
Indidit, & mortis uulnera ſæua dedit.
Temporibus noſtris multi perhiberier Argi
Affectant, & ſe cuncta uidere putant.
Cùm tamen (haud mirum) fallantur, uindice tandem
Numine, quod ſterni cuncta ſuperba facit.
Sæpe foris ſapiunt; opus eſt ubi, nulla patebunt
Conſilia; at ſtultæ ſemina mentis habent.
Omnibus in rebus cunctorum crimina carpunt,
Omnibus & famam commaculare ſolent.
Non animaduertunt quàm pleni criminis ipſi,
Atq; domi prauæ quàm lateuere notæ.
Argus quiſquis eris, multo conare labore
Cernendi officium continuare domi.

INCONTINENTIA.



Choriamb:

Indorum regio (ut Plinius Author eſt)
Fuſcorum Satyros continet hiſpidos,
Gens olim nemori quos temeraria
Frondoſo eſſe rata eſt addita numina,
Sanctè digna coli cum reuerentia,
Quamuis non animal ſit petulantius,
Pronum ſcilicet ad turpe libidinis
Prauæ ſemper opus. Hos modò plurimi
Hircini referunt, qui ſibi maxima
Dignum laude putant, ſi uitiauerint
Multas. Hui, pudeat ſic fore beſtiam.

GVLA

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1312 8° copy 2



DEnte lupus quondam congeſta cadauera auaro
Aggrediens, rabido gutture damna tulit.
Ingluuie partes dum deuorat ille uoraci,
Dixerat. Ecce malo torqueor ipſe meo.
Ecquis erit qui me reuelet medicamine grato?
Gaudia ſufficiunt reddere roſtra gruis.
Heu quot in orbe lupi mores nunc uſq; ſequuntur,
Ventrem pro magno numine mundus habet.
Nunc niſi ſcis totas potando inſumere noctes,
Et cyathos plenos uincere, nullus eris.
Si tibi cura tuæ ſano ſit chara ſalutis,
Moroſum multi te rigidumq; ferent.
Inſultant, uexant, ſubſannant ſcommate, & addunt;
Tu uitio rumpis gaudia noſtra tuo.
Hoc decus eſt noſtro nimium potantibus æuo,
Sed ſerpit tandem corpore dira lues.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1312 8° copy 2

Nam miſerum quatitur morbis hinc corpus acerbis.
Potare, eſt corpus perdere cæde ſuum.
Vnda contenti generoſi ſimplice patres,
Artus ſic ſanos continuere diu.
Hinc fama eſt illos belli clarere trophæo,
Hinc tot ſcripta manent fortia facta ducum.
Noſtra ætas poſtquam ſiccando pocula claret,
Eſt eadem ſtudijs, ſcilicet, apta magis:
Diſcite mortales uitium contemnere toto
Corde Gulæ, quo nil turpius eſſe poteſt.

ALIVD.

Lingua concha nitens exerta, ſemper edace.
Prædam ſectatur, corpora rapta uorat.
Hæc eadem manet exitio ſibi cuncta uoranti
Dum tanta ingluuie præcipitanter edit.
Et ſibi non paucos fatum accelerare uidere eſt,
Queis Bacchus primas & Cytherea tenent.

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1312 8° copy 2

IMMODERATIO.



ICare ſublimi nimium lætare uolatu;
Cæruleis madidus fluctibus exciperis.
Confidis pennis tibi quas Natura negauit,
Te Iouis ad ſedes poſſe uolare putas:
Falleris. Idcircò multis es fabula digna.
Stultitiæ exemplum eſt, cæca iuuenta, tuæ.
Maxima pars ſtolidè inſumunt patrimonia chartis.
Inſumunt ſcortis, interimente Gula.
Non paucos perdit nimium pretioſus amictus.
Donec nil recti eſt pectore conſilij.
Sed quatient nudos (uelut Icarus ille) lacertos,
Et citò erit pœnæ caſus ad ima malus.
Vis igitur tutus ſæcli remeare per undas,
Sis pius, in cunctis contineaſq; modum.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1312 8° copy 2

SVPERBIA.



AD solis radios ales Iunonia pandit
Admirans pennas, picta flabella, ſuas.
Miratur uarios aduerſo ſole colores,
Inuidia glutit ſtercora miſſa ſemel.
Mundus habet noſtro Pauones tempore, quorum
Pauperies pæram, cordaq; Plutus habet.
Idcircò ſolos ſe extollere in omnibus auſi
Non, alij eueniat gloria ſiqua, ferunt.
Quis furor inceßit iuuenes? quid dæmone natam
Peſtiferam ſinitis corda ſubire luem?
Quo ruitis miſeri? Quæ uos dementia uexat?
Cur uos deſeruit ſimplicitatis honos?

HYPO.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1312 8° copy 2

HYPOCRISIS.



PEr lachrymas Crocodile tuas, triſteſq; querelas,
Incautis mortem fraude parare ſoles.
Præda tibi fieret, rapida tegeretur in aluo,
Qui lachrymis falſis uellet habere fidem.
Sunt multi Crocodile tuis nunc morſibus icti,
Et meritò. Mores nam placuere tui.
Si dolor eueniat, uel luctus amarior unquam;
Pectore iam ſortem quis miſeratur eam?
Fortunam aduerſæ ſi narres ſortis acerbam,
Eſt facie tantum qui tibi condoleat.
Ora premit morſu ne riſibus emoriatur,
Irridens digitis poſt tua terga tribus.
Eſt lutea hæc ætas his fermè infecta uenenis,
Non callens animo talia, ſtultus erit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1312 8° copy 2



Tricol: tetraſt:

Communibus menſis Satyro frui
(AEſopus inquit) complacuit ſimul
Cum prouido, uitam putanti
Hac ratione duûm beatam.
Mores ſodalis nunc Satyrus notans,
Vidit, cibis feruentibus, edere
Flatus coërcentes calorem,
Et gelidis manibus teporem.
Interrogat cauſam Satyrus. Sed hic.
Offas calentes ſic mihi tempero.
At cum manus friget fouebo
Flatibus. ille ualeto, dixit.
Tales habet noſtrum quoq; ſæculum,
Mella atq; uirus ſolo halitu nocens
Flantes. Notando iſthæc, ſodalis
(Nam nocet hic) ualeat bilinguis.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1312 8° copy 2

CALVMNIA.



Iamb: Dime.

Miraris iſto in corpore
Membris uenuſtè prædito,
Solum exeri canis caput,
Fero datum latratui.
Cum ſimus ad cultiſsimam
Dei creati imaginem,
Nos exhibemus beſtias,
Canes & urſos ac lupos.
Hoc monſtrat illa beſtia
ignans triſtis calumniæ
rimen, bonam quod ſauciat
amam caninis dentib us.
Calumniator improbe
ræcis tua ars eſt διαβολὴ,
Tu ni malo finem facis,
Mox Diabolus te puniet.

FVRTVM.



Qvid ſibi uult uarijs hæc forma notata figuris?
Natura hîc furis picta colore ſuo eſt.
Cur oculos monſtrat digitis? Nam quicquid ocellis
Cernit flammiferis, hoc manus unca rapit.
Quid ſibi craßi adipis uenter? uult uiuere lautè,
Non opus exercent brachia pigra bonum,
Cur pedibus lux fixa manet? Quia nocte uagatur,
Et quia per tenebras, certus abire ſolet.
Non aliam quærit furtiua mente lucernam,
Non alias faculas fur, niſi nocte pedem.
Neſcio quis dæmon terrarum infecerat orbem,
Nam fermè fures angulus omnis habet.
Mendicis, ſcurris, lenonibus omnia plena,
Hoc ſtygia tempus peſte ſcatere uides?

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1312 8° copy 2

AVARITIA.



CLauſas tendo manus, portantem nulla quòd odi
Munera, namq; ferens eſt mihi grata manus.
Pæra caret fundo, ſed & excipit atra uorago
Nummos. Nam ſemper, non ſatiabor, habens.
Pes dexter terra, ſed gurgite ſiſtitur alter,
Per mare, per terras dulcia lucra ſequor.

ALIVD.

Raròredditur omne quod tenacis
Comprendit Polypi ſupma forceps.
Natiuum ſubito poteſt colorem
Commutare, habeat uiam ut nocendi.
Sic nouit quoq; auarus omnis artem
Vulpino ingenio liguriendi.
Mira eſt calliditas, rapit, tenetq;
Per fas atq; nefas ſacra ac prophana.
Hinc optat uocitarier beatus.
Nunc induſtrius omnis eſt auarus.
Sic docti ſumus omnium malorum.
Qui condire ſcelus poteſt, beatus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1312 8° copy 2

SECVRITAS.



Accubat ad foueam flammæ, ſed deſuper enſis
Demiſſus filo pendet ab exiguo.
Haud tamen attendit quæ ſint diſcrimina uitæ,
Gaudia fert animo mox peritura ſuo.
Multa Deus nobis diuini ſigna furoris
Ante oculos offert: quis tamen ecce ſapit?
Infernum prauis cognouimus eſſe paratum,
Signa tamen mundus nulla timoris habet.
Væ uæ ſecuris, qui temnunt omnia ſigna,
Quo minimè credunt tempore finis erit.
Pax & tranquillum cum dixeris impie; mox te
Obruet incautum iudicis illa dies.
O miſer um cum te linquentem climata mundi
Inferni gurges dira uorago rapit.
O miſerum cum te ſinuoſa uolumina diri
Verberibus colubri corripuere ſuis.

PERSE-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1312 8° copy 2

PERSEVERANTIA IN MALO.



Qvamuis ſideream credas mox ignibus arcem
Conflagrare ſuis, cum gemuere poli:
Colluxere ignes quamquàm de nubibus atris
Terrifici, tonitru dante repente ſonum:
Thrax tamen excutiet magno clamore ſagittas
Arcubus, in cœlos ingeminatq; minas.
Huic debent homines ſimilari temporis huius,
Quos miſeris cingunt ſæua pericla modis.
Noſtra etenim in rebus, neſcit, mens ſtulta ſalutis
Rectè agere, omnino ſtertit, inepta manens.
Etſi diuinam ſentimus deſuper iram,
Et Domini magnum ſcimus adeſſe diem:
Etſi inſtat Sathanas diris latratibus, orcuſq;
Igne per æternos uritur ipſe dies:
Atq; licet mundus, quo tantum nitimur, æquat
In medijs pontem fluctibus inſtabilem:
Securam tamen haud curæ eſt (ô tempora) uitam
Tot uitijs merſam pectore corrigere.
Ne contemnamus noſtræ conſulta ſaluti,
In foribus iudex ITE VENITE ſonat.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1312 8° copy 2



Ad Chriſtum. Sapph:

Sæculi iudex uenias rogamus
CHRISTE, quò finem facias malorum,
Quæ tuos angunt, pariter daturus
Regna beata.

Ni citus nobis uenias Redemptor,
Pauciores inuenies fideles,
Hic ſcatet totus ſiquidem maligno
Crimine mundus.

Serus adeſt ueſper, noſtri dignere rogamus
CHRISTE ſinu cordis luce habitare tua.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1312 8° copy 2

Suum cuiq:
& p
Minuunt praeſentia famam.
Hip: d: V. Mart: LXXII.

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1312 8° copy 2

Conveniunt rebus nomina sæpe suis.

effectus testatur de causa.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1312 8° copy 2

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1312 8° copy 2

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1312 8° copy 2

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1312 8° copy 2